

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 237. Clausula in approbationibus Episcoporum Belgii apponi solita,
quâ Regularibus facultatem confessiones audiendi concedunt, de
consensu eorum, quorum interest, utique Parochorum,, censena ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

nimis à Leone X. Bullâ 41. ut videre est apud Peyrinis t. 1. Privileg. Minim. in Constit. 1. Julii 2. q. 15. n. 12. Nec privilegii isti derogavit Tridentinum sess. 24. c. 11.; immo ea firmavit, etiam quod exemptionem ab Ordinario, respectivè ad seculares Monasterii servientes, qui intra eorum septa resident, subque eorum obedientia (servili) vivunt, ut recte observavit Donatus Layensis rer. Regular. to. 3. tr. 4. q. 7. n. 1. post Joannem Crucium de statu Relig. l. 2. c. 6. dub. 1. Non enim (inquit) Tridentini textus potest intelligi de obedientia religiosa: quia servitores secularares, cum professionem religiosam minime fecerint, non possunt obligari ad obedientiam religiosam, sed ad servilem, id est ad exequenda servititia & obsequia sibi imposita.

CAPUT CCXXXV.

Ne venialium quidem confessiones à secularibus factas, audire licet Sacerdoti, sive seculari, sive regulari, ab Episcopo non approbato.

ITa Cajetanus opusc. to. 1. tr. 17. de confession. q. 2. Navarrus in Manuali c. 21. Donatus Layensis rer. Regular. to. 3. tr. 4. q. 4. Et ratio est, vel quia Tridentinum sess. 23. c. 15. de reform. generaliter requiringo approbationem ad confessiones secularium audiendas, etiam venialium confessiones Confessarii approbatis reservavit, ut aliquid videtur. Vel si de venialium confessionibus non loquatur, ideoque quilibet Sacerdos, etiam non approbatis, vi sua Ordinationis, à venialibus absolvere posse, eo quod Ecclesia nunquam ea reserveret (uti co immunior est opinio, idem censens de mortalibus legitimè confessis & remissis) quia tamen id non est usquequa certum, & opinatio sententia sua non caret probabilitate: partim ob ipsius opinionis incertitudinem: partim quia frequenter mortalia sunt, vel dubium an talia non sint, que putantur venialis: partim denique ad evitandum fraudes exinde oriundas (neque enim in foro externo coerceri, nec convinci posse, qui, mortalibus auditis, contendente se venialis dumat taxat audiisse.) Ideò S. Congregatio Concilii Tridentini 12. Febr. 1679. approbante Innocentio XI. Episcopis, Parochis, & Confessariis injunxit, ut non permittant us venialium confessio fiat simplici Sacerdoti, non approbato ab Episcopo, aut Ordinario. Si Parochi & Confessarii, etiam Regulares, aut quicumque alti Sacerdotes secus egerint, sciant Deo opt. max. rationem reddituros esse, neque desumptu Episcoporum, & Ordinariorum, justam & rigorosam animadversionem in contrasistentes, etiam Regulares, etiam Societas Iesu, facultate ipsi Episcopis, & Ordinariis, per hoc Decretum, per Sedem Apostolicam specialiter astricta. Et facta.... de verbo ad verbum relatione, Sanctitas sua probavit, ac presens Decretum typis mandari ac publicari voluit.

CAPUT CCXXXVI.

Sacerdotium, sive secularium, sive regularium, approbationes Episcopi certi limitibus circumscribere possunt, & ad certas personas, loca, vel tempora coarctare, si non adeo idonei reperi fuerint.

ITa declaravit Clemens X. in Bullâ superni magni Parisiæ familias, his verbis: illos autem Religiosos, qui ad confessiones audiendas idonei generaliter fuerint, ab Episcopis generaliter quoque & indistinctè, ab quo aliqua limitatione temporis, certorumque locorum, aut generis personarum, in Diœcesi propria admittendos. Quod ceteros vero, qui non adeo idonei reperiuntur, si petierint se admitti, arbitrio Ordinariorum relinquiri, ipsis cum limi-

tata facultate, prout eisdem Ordinariis magis expedire videbitur, probare & admittere. Idem in dem penè verbis antè declaraverat S. Congregatio Concilii 2. Julii 1687.

Et idem Alexander VII. hanc propositionem, 1717 nos possum Episcopi limitare seu restringere approbationes, quas Regularibus concedunt, ad confessores audiendas, neque ultra ex parte revocare, anno 1659. in causa Andegavensi damnavit ut jalsam, temerariam, scandalosam, & erroneam.

Et S. Carolus in Instruct. Confess. Sacerdotes (inquit) qui à nobis licentiam confessione audiendi, sed non nisi ad certum tempus, aut locum, aut quadam personam, limitatam obtinuerunt, caveant se facultatis formam & limites excedant.

CAPUT CCXXXVII.

Clausula in approbationibus Episcoporum Belgij apponi solet, quia Regularibus facultatem confessiones audiendi concedunt, de confusu eorum, quorum intercessit, utique Parochorum, censenda non est taxativa, sed limitativa, sed modalis: ita ut non desinet conditionem sine qua non; sed modum convenienter uenidi dicta facultate, ad evitandas dissensiones, & rixas, inter Confessarios Regulares & Parochos.

Probatur, quia cum Episcopi Belgij erga Se- 1717 dem Apostolicam obseruantissimi sint, praemendi non sunt per ilam claufulam, vele aliquid contrarium Apostolicis Constitutionibus, & Privilegiis, quibus concessum est Confessariis Regularibus ubique confessiones audire, sine confusu Parochorum. Igitur praesumendi non sunt per claufulam illam requirere confusum Parochorum tamquam conditionem sine qua validè confessiones audire nequeant in Parochiis, vel Ecclesiis ipsorum, sed tamquam modum pacificè & convenienter utendi facultate sibi concecta. Convenit enim in eo deferre Parochis honorem. Convenit, privilegiatos privilegios suis uti suauiter & pacifice, reddendo cui honorum, honorum. Convenit Parochorum Coadjutores bouam cum Parochiis habere intelligentiam, maximamque concordiam, ad promovandam animarum salutem, & fiduciam exhortationem, omninemque contentionis occasionem praescindere. Hoc est quod Gerion sapienter monet lib. de statu Ecclesiasticis. De flau namque Curatorum, consideratione 15. statu (in quo) Curatorum debet cum bona gratia suscipere statum privilegiatorum, tamquam Coadjutores missi, babentes a Superioribus licentiam predicandi, & confessiones audiendi. Si non appareat rationabilis causa aliquem talens repellendi, utpote si detractor apparat; aut parochianorum multi indevenient in contemptum Curatorum. Aut si Curatus per seipsum, id agere circa parochianos suos quid agendum sit, satis poteris. Quia videtur prerendi, nisi legitimè fieret exceptio contra eum.

Deinde de statu privilegiatorum, considerat. 11. sic ait: statutum privilegiatorum debet cum bona charitate licentia sua uti, non ad quasdam, non ad emulacionem, non ad ambitionem, non denique in prajudicium temporale vel spirituale Curatorum, sed instando, clam & palam, apud parochianos, quatenus honorem debitum ac sustentationem suis reddant Curatis. Alioquin faciunt, quod sibi fieri nollent. Meritoque repelluntur hi, de quibus alter confiterit, & excommunicationem a Conone nonnunquam incurruunt.

Et de utroque statu, considerat. 11. statutum 1717 que fideis alter alterius onera portare, fine 108.

De Sacramento Poenitentiae.

611

*tentione, sine emulione, in rebus praedicatis, vel
aliis: ne si invicem, more cornicium, se mordant,
consumantur. Ne præterea fungat sieda opinio Ec-
clesiastorum apud Laicos, & vituperetur mini-
sterium verbi Dei.... Nonne pacis est Deus, non
divisio[n]is?*

2731 Propterè etiam S. Carolus Borromaeus In-
stru[ct]us Confess. Confessores (inquit) Regulares,
qui potissimum extra urbem degant, cum locorum
Parochis (ubi aut habent Monasteria, aut concio-
natur, aut quacunque ex causa ibi confessiones au-
diunt) ita convenienter, ut parientes non abfol-
vant, qui viventes cum scandalis, in peccato per-
severant, aut paenitentis publicis ipso factis subjici-
cuntur, aut ad legatorum p[ro]torum, juriitamque
terris restitutio[n]em tenentur, qui propterè a Pa-
rochis non abfolventur, nisi prius his obligacioni-
bus satisficiens. Ideo Regularium Superioribus Con-
fessarios suos sapientius moneant, & ad hanc animorum
unionem, & fidelium edificationem, abdolventur.
Carentque imprimis, ut dum in casuum resolutione
diversa inter eos & Parochos sententia fuerit,
prudenter in eo se gerant, & ad Laicorum no-
tiiam id non veniat, sed ad nos pro decisione recur-
rant.

2732 Propterè etiam licet, semel approbati, possint,
in Diœc[esis] Episcopi approbatis, quovis anni tem-
pore, etiam Paschalib[us], & quorūcumque, etiam
infirmitorum, confessiones audire, absque illa Pa-
rochorum venia, prout Clemens X. ait in Bulla
superiori sapientia citata: convenient tamen ut iuxta S.
Caroli instructionem (ibidem) Regulares, ad infir-
morum audiendos convocari, si ex tempore angustia
aliquid non posuerit, hujus infirmi P[ro]storem adeant,
que spectant ad hujus statum sciscenti, ut di-
genuis ilium examinari, utpote in hoc vita ter-
mino constitutum, à quo salus, aut aeterna dan-
natio pendas. Quod si ante confessionem, P[ro]storem
conveniente tempus non fuerit, saltem p[ro]ptere etiam quan-
tum Confeſſor aeat, ut ambo de infirmi ne-
cessitatibus, eoque specialiter adjuvando statuant.

2733 Itam ergo convenientiam, iei convenientem,
salutarem, adificativum, pacificum & concur-
dem agendi modum, sūa illa clausula, Belgii
Antillicis intendunt; non autem privilegium Apo-
stolicis ullum adferre prejudicium, per adjectio-
nem clausula, quæ privilegium inane redderet,
quo Clemens X. proximè relatus declarat, Regu-
lares possit, in Diœc[esis] Episcopi approbatis,
quovis tempore, etiam Paschalib[us], & quorūcumque
etiam infirmitorum, confessiones audire, abs-
que illa Parochorum venia. Prout censendi non
sunt velic quod confessiones à Regularibus audi-
tæ, fine contentu Parochorum, iritate sint & nul-
la (hoc enim iustum foret, utpote contra ius
Regularibus concilium, per Apostolicę privile-
giā; non secūs ac si vellem nullas eis confessio-
nes ab ipsiis auditas tempore Paschali, vel nullas
eis confessiones infirmitorum Regularibus factas,
&c.) sed solum indicant modum extrinsecum
convenienter utendi facultate conceſſa, ut dictum
est. Sic enim intellecta clausula illa rationabilis
est & iusta, nihilque habet prejudicium iuribus
Regularium, privilegiisque SS. Pontificum, nihil
absonum & insolitum. Sic prout haud dubie in-
telligi debet. Cūm iura iuribus concordant sint,
& dicta clausula censenda sit iusta; nihil prouide
continens alienis iuribus dictisque privilegiis con-
trarium.

CAPUT CCXXXVIII.

Confessarii Ordinum Mendicantium, in Dia-
cebus, in quibus sunt approbati, confessio-
nes audire possunt quorūcumque secularium
ad se accedentium, etiam extraneorum, deque
alia Diœc[esis] existentium.

Tom. III.

Hujus assertio[n]is probationem vide in specia. 2734
H[ab]ili Tract. de Privilegiis Religiosorum Mendi-
cantium, typis proxime committendo.

CAPUT CCXXXIX.

Per confessionem, quovis tempore, etiam Pas-
chalib[us], factam Mendicantibus approbatis, im-
pletur preceptum annua confessionis.

Vide etiam id multipliciter demonstratum ibi. 2735
dem. Sicut & pleraque alia privilegia, Re-
gularibus Ordinum Mendicantium concessa, in
ordine ad absolendum à variis casibus & cen-
suri Sedi Apostolicae reservatis, ad communan-
dum vota, ad dispensandum in impedimento pe-
nitentis debiti, &c.

CAPUT CCXL.

Confessarii Ordinum Mendicantium, nec intra,
nec extra Italiā, absolvire possunt à cas-
ibus, & censuris, quos & quas Episcopi sibi
reverant, nisi ad id speciale ab ipsis li-
centiam accepissent.

E[st] certissima sententia, quæ videri potest cer-
tissimiis argumentis demonstrata in Tractatu
memorato.

CAPUT CCXLI.

Sacerdotes Regulares, quālibet ab Episcopis
approbati, fratres suos validè absolvire non
possunt, nisi ad id à Superioribus suis depu-
tati fuerint.

ETiam id certis argumentis probatum videri 2736
potest ibidem. Dixi fratres suos. An enim abs-
que deputatione Superiorum suorum absolvere
possint saeculares, in Diœc[esis]ibus, in quibus sunt
approbati? An (inquam) ultra approbationem E-
piscopi opus habeant licentia sibi Prælati? alia qua-
stio est. Ut validè absolvere possint saeculares, suffi-
cere approbationem Episcopi, censor Natal. Alex-
to. 4. l. 2. a. 7. reg. 15. post Donatum Laynensem,
Pyriniis & alios. Quia, inquit, jurisdictionem ha-
bent ab Episcopo, non à suo Superiori Regulari.
Sed hæc ratio non placet: quia Regulares non ha-
bent jurisdictionem ab Episcopo, sed à Papa, vel
Ecclesia, ut communis est sententia. Intentio vero
Ecclesia, & SS. Pontificum, semper fuit ut Regu-
lares, quoad administrationem Sacramenti Pœni-
tentiae, Superiorum suorum dispositioni subjace-
rent.

Et id est Mirandæ 1. p. Manual. q. 2737
45. a. 2. Suarez t. 4. de Relig. tr. 10. l. 9. c. 2. no-
stri Sapientissimi Lezanæ 1. p. Summa c. 19. n. 12.
quod non obstante approbatione Episcopi non fol-
lum illicite (quod omnes fatentur) sed & invalidè
saeculares absolvant. Quod de nobis Carmelitis
negocio an non afferant Constitutiones nostræ p. 1.
c. 23. de Confessariis n. 12. dum sic aiunt: sciant
autem omnes Sacerdotes, ut præfertur deputati, pre-
ter superiori enumerata (alias absolvit est nulla) sibi
necessariam RR. Ordinariorum approbationem. Vi-
detur enim textus ambiguus; dubium (inquam)
videtur, an interiecta parenthes (alias absolvit est
nulla) non refutatur ad proximè ante requisiita, id
est facultatem Provincialis, vel (in maxima ne-
cessitate) institutionem Prioris (conformiter ad
sententiam Lezanæ) siquidem minus ap[osto]li referri
posse videtur ad postea requisiitam Ordinatorium
approbationem. Hoc tamen Sapientiorum judi-
cio malum relinqueret, quam ipse definire.

CAPUT CCXLII.

Sacerdotes Regulares, quālibet amplam haben-

Hhh 2